

gauerit, per Ἀτρεῖδας intelligi materiam epici carminis. Adde, quod aperte demonstrat, et λέγειν, et αἴδειν, esse verba ισοδυναμώντα etiam in genere sublimi. Vbi enim dixit, Θέλω ΛΕΓΕΙΝ Ἀτρεῖδας, tum ἐκ παραπλήσιας addit, Θέλω δὲ Κάδμον ΑΙΔΕΙΝ. His addi etiam potest et Theocriti aucto-
ritas, qui in Idyllo illo plane heroico, vbi Ptolemaeum
ἴγκωμιάζει, Idyl. 17, 3., sic habet, Ἀνδρῶν δ' αὖ Πτολεμαῖος
ἐν περιτοίαις ΛΕΓΕΣΘΩ. Sed in Odario 16. nonne et haec
legas?

Σὺ μὲν ΛΕΓΕΙΣ τὰ Θύβης,
'Ο δ' αὖ Φευγῶν αὐτάς.

Ibid. v. 2. Κάδμον] Quem circa tempora Gedeonis vixisse, nonnulli existimant. Et quia primus aeris conflandi artificium apud Thebas inuenisse dicitur; Hyginus, fab. 274., et Plinius, H. N. 7, 56., testes sunt: hinc puto factum, ut apud Hesychium Κάδμος pro *clypeo*, *hasta*, et *galea*, sumatur. Clarissimi scriptoris verba sunt: Κάδμος· δόξι, λόφος, αἰσπις· Κρῆτες. Innuit scilicet, ita usurpare illam vocem Cretenses. Obiter aperiam Suidae errorem. Κάδμος ὁ Μιλήσιος, εὑρετὴς τῶν γεωμετρῶν *Cadmus Milesius*, literarum inuentor. quod falsum est. tamen id probat ex Zenonis epigrammate, quod apud Laërtium 7, 30. emendatus legas. Sed, vel pessime epigramma illud intellexit Suidas, vel pro Κάδμος ὁ Μιλήσιος, qui fortasse exscriptoris error fuerit, legendum, κάδμος ὁ Φοῖνιξ.

Ibid. v. 3. ἀ βαξβίτος] Ex Athenaeo, 4, 23. p. 175. E, et 14, 9. p. 635. D, discere est, fuisse olim, qui dice-
rent, barbitum inuentum esse Anacreontis, alias autem illius inventionis honorem Terpandro detulisse. Vtrum autem, et quatenus, a lyra differat, non tanti est, ut studiose quaeratur; cum praesertim in hoc ipso odario, et βαξβίτος, et λύρα, pro eodem plane instrumento suman-
tur; atque adeo vtrumque olim veteres magistri confude-
runt. Hesychius: βαξβίτος· ἔδος καὶ θάρατος, οὐ σχετικός μησικός [leg. μησικός], οὐ λύρα, στροφὴ καὶ βαξβίτων. quae postrema ver-
ba corrupta sunt. Lego, ὅπερ καὶ βαξβίτον, innuit scilicet,
S 5 non